*Domus ædificata ſuper petram firma manebit.*

OMnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſupra petram. *Matth.* 7. 24. Luc. 6. 48. *Idem.*

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. *Ibid.* 16. 18

Quis ergo nos ſeparabit a caritate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius? ſicut ſcriptum eſt. Quia propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. *Rom.* 8. 35. Pſal. 43. 22

## TITULUS XXVII.

### *Dona.*

*Donaria accipere an prohibitum. Vide etiam Acceptatio Munerum.*

NOn accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum. *Exod.* 23. 8. Deut. 16. 19

Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus, vel minus loquar. *Num.* 22. 18. 2. Par. 19. 7

Quia Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus Deorum, & Dominus Dominantium, Deus magnus & potens & terribilis, qui perſonam non accipit, nec munera. *Deut.* 10. 17

Maledictus qui accipit munera, ut percutiat animam ſanguinis innocentis, & dicet omnis populus: Amen. *Ibid.* 27. 26

Et non ambulaverunt filii ejus in viis ejus: ſed declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntque munera, & perverterunt judicium. 1. *Reg.* 8. 3.

*Samuel ait*: Ecce præſto ſum. Loquimini de me coram Domino, & coram Chriſto ejus, utrum bovem cujuſquam tulerim, aut aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum, ſi oppreſſi aliquem, ſi de manu cujuſquam munus accepi: & contemnam illud hodie, reſtituamque vobis. *Ibid.* 12. 3

Locutus eſt autem Rex (*Jeroboam*) ad virum Dei: Veni mecum domum, ut prandeas, & dabo tibi munera. Reſponditque vir Dei ad regem: Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco iſto. 3. *Reg.* 13. 7. *Vide &* 4. Reg. 5. 16

Congregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. *Job* 15. 34

Qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & munera ſuper innocentem non accepit: qui facit hæc, non movebitur in æternum. *Pſal.* 14. 5

In quorum manibus iniquitates ſunt: dextera eorum repleta eſt muneribus. *Ibid.* 25. 10

Munera de ſinu impius accipit, ut pervertat ſemitas judicii. *Prov.* 17. 23

Qui autem odit munera, vivet. *Prov.* 15. 27

Principes tui infideles, ſocii furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. *Iſa.* 1. 23

Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Qui juſtificatis impium pro muneribus, & juſtitiam juſti aufertis ab eo. *Ibid.* 5. 22

Qui ambulat in juſtitiis, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos, ne videat malum: iſte in excelſis habitabit. *Ibid.* 33. 15. Cap. 45. 13

Munera acceperunt (*Hieroſolymitæ*) apud te ad effundendum ſanguinem: uſuram, & ſuperabundantiam accepiſti, & avare proximos tuos calumniabaris, meique oblita es, ait Dominus Deus. *Ezech. Vide* 22. 12. *&* v. 27

Principes ejus (*Jeruſalem*) in muneribus judicabant, & ſacerdotes ejus in mercede docebant, & prophetæ ejus in pecunia divinabant: & ſuper Dominum requieſcebant, dicentes: Numquid non Dominus in medio noſtrum. *Mich.* 3. 11. Soph. 3. 3

Multos enim perdidit aurum & argentum, & uſque ad cor regum extendit & convertit. *Eccli.* 8. 3. Cap. 31. 6

Xenia & dona excæcant oculos judicum, & quaſi mutus, in ore avertit correptiones eorum. *Ibid.* 20. 31. Deut. 16. 19

*Dona divina liberaliter a Deo dantur.*

QUis ante dedit mihi, ut reddam ei? *Job* 41. 2

Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas a Deo ſunt. *Eccli.* 11. 14

Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſæcula. Amen. *Rom.* 11. 36

Quid autem habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis. 2. *Cor.* 4. 7. 1. Cor. 12. 11.

Unicuique autem noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Propter



pter quod dicit: Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. *Epheſ.* 4. 7

Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum. *Jac.* 1. 16

*Multipliciter ordinantur.*

SIcut enim homo peregre proficiſcens, vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis bona ſua. Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique ſecundum propriam virtutem. *Matth.* 25. 14. Luc. 19. 12

Sed unuſquiſque proprium donum habet ex Deo: alius quidem ſic, alius vero ſic. 1. *Cor.* 7. 7

Unicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad utilitatem. *Ibid.* 12. 7

Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, &c. *Epheſ.* 4. 11

Unuſquiſque, ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. 1. *Petr.* 4. 10. Rom. 12. 6

*Utiliter operantur.*

INtellectus bonus omnibus facientibus eum. *Pſal.* 110. 10

Datio Dei permanet juſtis, & profectus illius ſucceſſus habebit in æternum. *Eccli.* 11. 17

Abiit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus eſt in eis, & lucratus eſt alia quinque. *Matt.* 25. 16. Ait illi Dominus ejus: Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Ibid. v. 21. Luc. 19. 12

Omni autem cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendaverunt multum, multum plus petent ab eo. *Luc.* 12. 48

## E

## TITULUS I.

### *Ebrietas.*

*Ebrietas. Vide etiam Gula & Jejunium.*

BIbenſque vinum (*Noe*) inebriatus eſt, & nudatus jacuit in tabernaculo ſuo. *Gen.* 9. 21

Veni (*ait filia Loth*) inebriemus eum vino, dormiamuſque cum eo, ut ſervare poſſimus ex patre noſtro ſemen, *Ibid.* 19. v. 32. & 35.

Dixit quoque Dominus ad Aaron: Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filii tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonii, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras. *Levit.* 10. 9

Manſit Urias in Jeruſalem in die illa & altera: & vocavit eum David, ut comederet coram ſe, & biberet, & inebriavit eum. 2. *Reg.* 11. 12. 1. Reg. 25. 36

Præceperat autem Abſalom pueris ſuis, dicens: Obſervate, cum temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis; Percutite eum, & interficite: nolite timere: ego enim ſum qui præcipio vobis: roboramini, & eſtote viri fortes. *Ibid.* 13. 28

Luxurioſa res, vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit ſapiens. *Prov.* 20. 1. 3. Reg. 20. 16

Noli eſſe in conviviis potatorum, nec in commeſſationibus eorum, qui carnes ad veſcendum conferunt, quia vacantes potibus, & dantes ſymbola, conſumentur. *Ibid.* 23. 20

Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui ſine cauſſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? *Ibid.* v. 29

Ne intuearis vinum quando flaveſcit, cum ſplenduerit in vitro color ejus: ingreditur blande, ſed in noviſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet. *Ibid.* v. 31

*In ebrietate* Oculi tui videbunt extraneas; & cor tuum loquetur perverſa. Et eris ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gubernator, amiſſo clavo: & dices: Verberaverunt me, ſed non dolui: traxerunt me & ego non ſenſi: quando evigilabo, & rurſus vina reperiam. *Ibid.* v. 33

Qui diligit epulas, in egeſtate erit: qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. *Ib.* 21. 17. Sap. 2. 7

Noli regibus o Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullum ſecretum eſt ubi regnat ebrietas. *Ibid.* 31. 4

Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos. *Eccli.* 19. 2

Vinum in jucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem ab initio. *Ib.* 31. 35. Pſ. 103. 15

Propter crapulam multi obierunt; qui autem abſtinens eſt, adjiciet vitam. *Ibid.* 37. 34

Væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad veſperam, ut vino æſtuetis. *Iſa.* 5. 11. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Ibid. v. 22.

Venite, ſumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multo amplius. *Ibid.* 56. 12. & c. 22. 13. 1. Cor. 15. 32

Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ: ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius & filiarum ejus: & manum egeno & pauperi non porrigebant. *Ezech.* 16. 49. Gen. 19. 24

Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. *Oſea* 4. 11

Expergiſcimini ebrii, & flete, & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore veſtro. *Joel* 1. 5

Vinum potantem decipit. *Habac.* 2. 5

Porro Holofernes jacebat in lecto nimia ebrietate ſopitus. *Judith* 13. 4. Acceſſit (*Judith*) ad columnam, quæ erat ad caput lectuli ejus, & pugionem ejus, qui in ea ligatus pendebat, exſolvit. Ibid. v. 8. Et abſcidit caput ejus. Ibid. v. 10.

Et cum inebriatus eſſet Simon (*Senex*) & filii ejus, ſurrexit Ptolemæus cum ſuis, & ſumpſerunt arma ſua, & intraverunt in convivium, & occiderunt eum, & duos filios ejus, & quoſdam pueros ejus. 1. *Mach.* 16. 16

Attendite autem vobis, ne forte graventur corda veſtra in crapula & ebrietate, & curis hujus vitæ: & ſuperveniat in vos repentina dies illa. *Luc.* 21. 34

Sicut in die honeſte ambulemus: non in comeſſationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione. *Rom.* 13. 13

Neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces, regnum Dei poſſidebunt. 1. *Cor.* 6. 10. Idem Gal. 5. 21

Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed implemini Spiritu ſancto, loquentes vobiſmetipſis in pſalmis & hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino. *Epheſ.* 5. 18

Et qui ebrii ſunt, nocte ebrii ſunt. 1. *Theſſ.* 5. 7

*Ebrietas iram Dei provocat.*

VÆ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad veſperam, ut vino æſtuetis. *Iſa.* 5. 11. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Ibid. v. 22. Dan. 5. 2

Væ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis ejus, qui erant in vertice vallis pinguiſſimæ, errantes a vino. *Ibid.* 28. 1

Expergiſcimini ebrii, & flete, & ululate omnes qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore veſtro. *Joel* 1. 5

Neque fures, neque avari, neque ebrioſi --- regnum Dei poſſidebunt. 1. *Cor.* 6. 10

*Mentem alienat.*

NE intuearis vinum quando flaveſcit, cum ſplenduerit in vitro color ejus: ingreditur blande, ſed in noviſſimo mordebit ut coluber, & ſicut regulus venena diffundet. *Prov.* 23. 31

Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos. *Eccli.* 19. 2

Verum hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate erraverunt: Sacerdos & Propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt a vino, erraverunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignoraverunt judicium. *Iſa.* 28. 7

Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. *Oſea* 4. 11

*Ad libidinem incendit.*

LUxurioſa res, vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit ſapiens. *Prov.* 20. 1

Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria: ſed implemini Spiritu ſancto, &c. *Epheſ.* 5. 18

*Facultates diſſipat.*

OPerarius ebrioſus non locupletabitur, & qui ſpernit modica paullatim decidet. *Eccl.* 19. 1

*Secretum detegit.*

NOli regibus, o Lamuel, noli regibus dare vinum: nullum ſecretum eſt, ubi regnat ebrietas. *Prov.* 31. 4. Eccli. 26. 11

Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians, ut aſpiciat nuditatem ejus. *Habac.* 2. 15

*Ad furorem & rixas excitat.*

LUxurioſa res, vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicumque his delectatur non erit ſapiens. *Prov.* 20. 1

Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui ſine cauſſa vulnera? cui ſuffuſio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino, & ſtudent calicibus epotandis? *Ibid.* 23. 29

Vinum multum potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas facit. *Eccli.* 31. 38. Ebrietatis animoſitas, imprudentis offenſio minorans virtutem, & faciens vulnera: Ibid. v. 40. Prov. 31. 4

Dies regis noſtri: cœperunt principes furere a vino: extendit manum ſuam cum illuſoribus. *Oſea* 7. 5

## TITULUS II.

*Eccleſia.*

*Eccleſia accipitur pro templo materiali.*

NOn intrabit eunuchus, attritis vel amputatis teſticulis & abſciſſo veretro, Eccleſiam Domini. *Deut.* 23. 1

Omneſ-



Omneſque anguli populorum, & cunctæ tribus Iſrael, in Eccleſiam populi Dei convenerunt, quadrigenta millia peditum pugnatorum. *Judic.* 20. 2

Poſtea vero convocatus eſt omnis populus, & per totam noctem intra Eccleſiam oraverunt, petentes auxilium a Deo Iſrael. *Judith.* 6. 21

In Eccleſiis benedicite Deo Domino, de fontibus Iſrael. *Pſal.* 67. 27

Primum quidem convenientibus vobis in Eccleſiam, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo. 1. *Cor.* 11. 18

Vidit gentes ingreſſas ſanctuarium ſuum: de quibus præceperat, ne intrarent in Eccleſiam. *Thren.* 1. 10

Mulieres in Eccleſiis taceant, non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut & lex dicit. 1. *Cor.* 14. 34. Gen. 3. 16

*Accipitur pro fidelium cætu, tam bonorum, quam malorum.*

SI quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio Eccleſiæ: quia ſanctuarium Domini polluit, & non eſt aqua luſtrationis aſperſus, &c. *Num.* 19. 20

Cur eduxiſtis Eccleſiam Domini in ſolitudinem? Et --- dixerunt: Utinam periiſſemus inter fratres noſtros coram Domino. *Ibid.* 20. 4

Et noverit univerſa Eccleſia hæc, quia non in gladio, nec in haſta ſalvat Dominus: ipſius enim eſt bellum, & tradet vos in manus noſtras. 1. *Reg.* 17. 47

Convertitque rex faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael: omnis enim Eccleſia Iſrael ſtabat, &c. 3. *Reg.* 8. 14. Stetit ergo (*Salomon*) & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael voce magna. Ibid. *v.* 55

Locutuſque eſt David rex ad omnem Eccleſiam: Salomonem filium meum unum elegit Deus, adhuc puerum & tenellum. 1. *Paral.* 29. 1

Altare quoque æneum, quod fabricatus fuerat Beſeleel, filius Uri filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod & requiſivit Salomon, & omnis Eccleſia. 2. *Paral.* 1. 5

Apud te laus mea in Eccleſia magna: vota mea reddam in conſpectu timentium eum. *Pſal.* 21. 26

Pes meus ſtetit in directo: in Eccleſiis benedicam te Domine. *Ibid.* 25. 12

Confitebor tibi in Eccleſia magna, in populo gravi laudabo te. *Ibid.* 34. 18. 1. Mach. 5. 16. & 14. 19

Exaltent eum in Eccleſia plebis: & in cathedra ſeniorum laudent eum. *Ibid.* 106. 32

Cantate Domino canticum novum: laus ejus in Eccleſia Sanctorum. *Ibid.* 149. 1

Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. *Matth.* 16. 18

Et factus eſt timor magnus in univerſa Eccleſia, & in omnes, qui audierunt hæc. *Actor.* 5. 11. Cap. 8. 1. 16. 5

Salutant vos omnes Eccleſiæ Chriſti. *Rom.* 16. 16. Salutant vos Cajus hoſpes meus, & univerſa Eccleſia. Ibid. v. 23. 1. Cor. 11. 16

Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, ſecundo Prophetas, tertio Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, &c. 1. *Cor.* 12. 28. 2. Cor. 8. 18. & 23. & 24. cap. 11. 8. Epheſ. 5. 23. c. 4. 11. 12. 13

Scitis autem & vos Philippenſes, quod in principio Evangelii --- nulla mihi Eccleſia communicavit in ratione dati & accepti. *Philip.* 4. 15

*Chriſtus* eſt caput corporis Eccleſiæ. *Coloſs.* 1. 18

Si quis autem domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodo Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? 1. *Tim.* 3. 5. Apoc. 1. 11. & 22. 16. 1. Cor. 14. 5

Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, &c. *Jacob.* 5. 14

*Eccleſia accipitur pro cœtu unius Provinciæ.*

COnvertitque rex faciem ſuam, & benedixit omni Eccleſiæ Iſrael: omnis enim Eccleſia Iſrael ſtabat. 3. *Reg.* 8. 14

Eccleſia quidem per totam Judæam, & Galilæam, & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & conſolatione ſancti Spiritus replebatur. *Act.* 9. 31

Cum autem aſcendiſſet Petrus Jeroſolymam, diſceptabant adverſus illum, qui erant ex circumciſione, &c. *Ibid.* 11. 2. c. 12. 1.

Erant autem in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, Prophetæ, & Doctores, in quibus Barnabas & Simon, qui vocabatur Niger. *Ibid.* 13. 1

Alii autem aliud clamabant. Erat enim Eccleſia confuſa: & plures neſciebant qua ex cauſa conveniſſent. *Ibid.* 19. 32

A Mileto autem mittens Epheſum, vocavit majores natu Eccleſiæ, &c. *Ibid.* 20. 17. 2. Theſſ. 1. *Eccleſiæ ſcilicet Theſſalonicenſium.*

Commendo autem vobis Phœben ſororem noſtram, quæ eſt in miniſterio Eccleſiæ, quæ eſt in Cenchris: ut eam ſuſcipiatis in Domino digne ſanctis, &c. *Rom.* 16. 1. 1. Cor. 1. 2. *Eccleſiæ Corinthi.*

De collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinavi Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite, &c. 1. *Cor.* 16. 1.

 Notam

Notam autem facimus vobis, fratres, gratiam Dei, quæ data eſt in Eccleſiis Macedoniæ. 2. *Cor.* 8. 1. Gal. 1. 2. *Eccleſiis Galatiæ.*

Salutat vos Eccleſia, quæ eſt in Babylone, &c. 1. *Petr.* 5. 13

Angelo Epheſi Eccleſiæ ſcribe, &c. *Apoc.* 2. 1. Et Angelo Eccleſiæ Sardis ſcribe, &c. Ib. 3. 1.

*Eccleſia pro Prælatis & Præpoſitis accipitur.*

QUod ſi non audierit eos, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. *Matth.* 18. 17

Attendite vobis & univerſo gregi, in quos vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, &c. *Actor.* 20. 28

*Eccleſia eſt una, & viſibilis, præfigurata per unam, & viſibilem Arcam Noe.*

FAc tibi arcam de lignis lævigatis: manſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecus, & extrinſecus. *Gen.* 6. 14

Qui increduli fuerant aliquando, quando exſpectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id eſt, octo animæ ſalvæ factæ ſunt per aquam. 1. *Pet.* 3. 20

*Per civitatem ſanctam Jeruſalem.*

ET ego Joannes vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam, deſcendentem de cælo a Deo, paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. *Apoc.* 21. 2

*Per hortum concluſum, & fontem ſignatum.*

HOrtus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus. *Cant.* 4. 12

*Per unam columbam.*

UNa eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ, &c. *Ib.* 6. 8

*Per vineam.*

VIneam de Ægypto tranſtuliſti: ejeciſti gentes, & plantaſti eam. *Pſal.* 79. 9

Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit. *Cant.* 2. 15. Iſaiæ 5. 2.

Ego autem plantavi te vineam electam, omne ſemen verum: quomodo ergo converſa es mihi in pravum vinea aliena. *Jerem.* 2. 21

Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcaverunt partem meam: dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis. *Ibid.* 12. 10

Simile eſt regnum cælorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam. *Matth.* 20. 1

Et cœpit illis in parabolis loqui: Vineam plantavit homo, & circumdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificavit turrim, & locavit eam agricolis, & peregre profectus eſt. *Marc.* 12. 1. Idem Luc. 20. 9. Item Matth. 21. 33.

*Per navem.*

AScendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere puſillum, & ſedens docebat de navicula turbas. *Luc.* 5. 3

*Per ſagenam comprehendentem bonos & malos piſces.*

ITerum ſimile eſt regnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. *Matth.* 13. 47

*Per agrum.*

SImile factum eſt regnum cælorum homini, qui ſeminavit bonum ſemen in agro ſuo. *Ibid.* 13. 24. Marc. 4. 26.

*Per regnum cælorum, Matth. c. 13. & 25.*

*Eccleſia firmamentum veritatis errare non poteſt.*

ET ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram edificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. *Ibid.* 16. 18.

Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi. *Ibid.* 28. 20.

Ego autem rogavi pro te (*Petre*): ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos. *Luc.* 22. 32.

Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum. *Joan.* 14. 16.

Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. *Ibid.* 16. 13

Si autem tardavero, ut ſcias, quomodo oporteat te in domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis. 1. *Tim.* 3. 15. 1. Joan. 2. 27.

*Eccleſiæ infallibilitas & Auctoritas.*

E*Cclesia eſt civitas, quam ædificavit Chriſtus. Iſa.* 45. 13

*Et in juſtitia fundata. Ibid.* 54. 14

Et vocabitur civitas veritatis. *Zach.* 8. 3

*Domus Dei*, quæ eſt Eccleſia Dei vivi, columna & firmamentum Veritatis. 1. *Tim.* 3. 15.

Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. *Matth.* 16. 18.

Si vos manſeritis in ſermone meo, vere diſcipuli mei eritis: & cognoſcetis veritatem, & veritas liberabit vos. *Joan.* 8. 31.





Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non videt eum, nec ſcit eum; vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. *Joan.* 14. 16

Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. *Ibid.* 16. 13

Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, dicit Dominus a modo & uſque in ſempiternum. *Iſa.* 59. 21

*Vocem Chriſti audiunt.* Et illum ſequuntur, quia ſciunt vocem ejus. Alienum autem non ſequuntur, ſed fugiunt ab eo; quia non noverunt vocem alienorum. *Joan.* 10. 5

Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in Eccleſia ſanctorum. *Pſal.* 88. 6

Confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus: & veritas Domini manet in æternum. *Ib.* 116. 2

Ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. *Luc.* 22. 32

Scripſi vobis de his, qui ſeducunt vos: & unctionem, quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis. Et non neceſſe habetis, ut aliquis doceat vos: ſed ſicut unctio ejus docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium. 1. *Joan.* 2. 26. Vide & Matth. 10. 20. Luc. 10. 16. Joan. 17. 20. Epheſ. 4. 11. &c.

Foris (*extra Eccleſiam*) canes & venefici, &c. & omnis, qui amat, & facit mendacium. *Apoc.* 22. 15

*Eccleſiæ Viſibilitas.*

ET erit in noviſſimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles, & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & aſcendamus ad montem Domini, & ad Domum Dei Jacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jeruſalem, &c. *Iſa.* 2. 2

Reſpice Sion civitatem ſollemnitatis noſtræ: oculi tui videbunt Jeruſalem, habitationem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funiculi ejus non rumpentur: quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter: locus fluviorum: rivi latiſſimi & patentes &c. *Ibid.* 33. 20

Super te autem *Jeruſalem* (*Eccleſia*) orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. *Ibid.* 60. 1

Et ſcient in gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum: omnes, qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus. *Ibid.* 60. 9. -- Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum germinat: ſic Dominus Deus germinabit juſtitiam, & laudem coram univerſis gentibus. Ibid. v. 11

Vos eſtis lux mundi. Non poteſt civitas abſcondi ſupra montem poſita. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt. *Matth.* 5. 14

Dic Eccleſiæ, ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit ſibi ſicut Ethnicus & Publicanus. *Ib.* 18. 17

Quomodo ergo invocabunt, in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient, ſine prædicante? (*viſibili:*) *Roman.* 10. 14. Vide & Rom. 10. 17. Matth. 5. *Eccleſia ſupra montem poſita.*

*Eccleſia viſibilis propagatio per univerſum mundum.*

NOli timere, quia ego tecum ſum: ab oriente adducam ſemen tuum, & ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni: Da; & auſtro: Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. *Iſa.* 43. 5. Vide c. 2. 2. Matth. 24. 14

Ecce dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ. *Ibid.* 49. 6. Vide & v. 12. & 18. & c. 42. 6. Actor. 13. 47. Iſa. 60. 4. 66. 12. Dan. 7. 13

Quia replebitur terra, ut cognoſcant gloriam Domini, quaſi aquæ operientes mare. *Habac.* 2. 14. Iſa. 11. 9. Zach. 2. 10

Et venient populi multi, & gentes robuſtæ, ad quærendum Dominum exercituum in Jeruſalem, & deprecandam faciem Domini &c. *Zach.* 8. 22. Vide & v. 20

Dominabitur a mari uſque ad mare: & a flumine uſque ad terminos terræ. *Pſalm.* 71. 8. Vide & Pſal. 88. *per totum.*

In omnem terram exivit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. *Rom.* 10. 18. Pſal. 18. 5

*Eccleſiæ duratio ad finem mundi.*

ET erit fortitudo veſtra, ut favilla ſtuppæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla: & ſuccendetur utrumque ſimul, & non erit qui extinguat. *Iſa.* 1. 31

Reſpice Sion civitatem ſollemnitatis noſtræ: oculi tui videbunt Jeruſalem, habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funiculi ejus non rumpentur: quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter. *Ibid.* 33. 20

Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, amodo & uſque in ſempiternum. *Iſa. 59. v. ult.*

In diebus autem regnorum illorum, ſuſcitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non diſſipabitur. *Dan. 2. 44. Vide* Oſeæ 2. 19

Super muros tuos Jeruſalem conſtitui cuſtodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. *Iſa. 62. 6.* Dan. 2. 44

Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, & uſque ad antiquum dierum pervenit -- Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſervient. Poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum ejus, quod non corrumpetur. *Dan. 7. 13.* Luc. 1. 32. *Vide &* Mich. 4. 7. & Dan. 7. 27. Oſeæ 2. 19

Et portæ inferi non prævalebunt adverſus eam. *Matth. 16. 18*

Et prædicabitur hoc Evangelium regni in univerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc veniet conſummatio. *Ibid. 24. 14.* Iſa. 59. 21. Matth. 16. 18

Et ecce vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi. *Ibid. 28. 20*

Ego rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in æternum, Spiritum veritatis. *Joan. 14. 16*

Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos --- alios autem Paſtores & Doctores, ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti: donec occurramus omnes in unitatem fidei &c. *Epheſ. 4. 11*

Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. *Mar. 16. 15*

*Oportet*. Et prædicari in nomine ejus pœnitentiam, & remiſſionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Jeroſolyma. *Luc. 24. 47*

*Evangelium fructificavit in univerſo mundo. Coloſſ. 1. 6*

Et eritis mihi teſtes in Jeruſalem, & in omni Judæa, & Samaria, & uſque ad ultimum terræ. *Actor. 1. 8*

*Eccleſiæ Sanctitas.*

DOmum tuam Domine, decet ſanctitudo. *Pſal. 92. 5*

Ut ſine timore, de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſerviamus illi: in ſanctitate, & juſtitia coram ipſo omnibus diebus noſtris. *Luc. 1. 74*

Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas eſt --- Et pro eis ego ſanctifico meipſum: ut ſint & ipſi ſanctificati in veritate. *Joan. 17. 17. Vide &* cap. 13. 35

Elegit nos in ipſo (*Deus*) ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu ejus in caritate. *Epheſ. 1. 4. Vide* Jacob. 2. 14. Epheſ. 4. 15

Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret, mundans lavacro aquæ in verbo vitæ: ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujuſmodi; ſed ut ſit ſancta & immaculata. *Ibid. 5. 25*

In quo (*Chriſto*) omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino, &c. *Eph. 2. 21*

(*Chriſtus*) dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum. *Tit. 2. 14*

A fructibus eorum cognoſcetis eos --- Omnis arbor bona fructus bonos facit. *Matth. 7. 16*

Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens ſancta. *1. Pet. 2. 9*

Et ego Joannes vidi ſanctam civitatem Jeruſalem novam deſcendentem de cælo, a Deo paratam, ſicut ſponſam ornatam viro ſuo. *Apoc. 21. 2*

*Eccleſia debet eſſe miraculis clara.*

SIgna autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur: In nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit: ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. *Marc. 16. 17*

Amen, amen dico vobis: qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora horum faciet. *Joan. 14. 10*

Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ: alii autem ſermo ſcientiæ, ſecundum eumdem Spiritum: -- Alteri fides in eodem ſpiritu: alii gratia ſanitatum in uno ſpiritu: alii operatio virtutum, alii prophetia, alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult. *1. Cor. 12. 8*

*Eccleſia debet eſſe Catholica.*

BEnedicentur in ſemine tuo (*id eſt in Chriſto, ut exponit S. Paulus Galat. 3. 8.*) omnes gentes terræ. *Gen. 22. 18*

Poſtula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & poſſeſſionem tuam terminos terræ. *Pſal. 2. 8*

Reminiſcentur, & convertentur ad Dominum omnes fines terræ. *Ibid. 21. 28*

Ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in Gentibus; & in omni loco ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. *Malac. 1. 11*





Et prædicabitur hoc Evangelium regni in univerſo orbe. *Matt. 24. 14.* Marc. 16. 15

Euntes ergo docete omnes gentes. *Ibid. 28. 19*

Fides veſtra annuntiatur in univerſo mundo. *Rom. 1. 8.* Coloſſ. 1. 6

In omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. *Ibid. 10. 18.* Pſal. 18. 5

(*Evangelium*) pervenit ad vos, ſicut & in univerſo mundo eſt. *Coloſſ. 1. 6.* Actor. 1. 8. Luc. 24. 47

*Eccleſia debet eſſe Apoſtolica.*

TU es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. *Matt. 16. 18*

Superædificati ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum, ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Jeſu. *Epheſ. 2. 20*

Et ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem Prophetas, --- ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: ut jam non ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris. *Ibid. 4. 11*

*Eccleſia debit eſſe concors in doctrina.*

OMne regnum diviſum contra ſe deſolabitur: & omnis civitas, vel domus diviſa contra ſe, non ſtabit. *Matt. 12. 25. Idem* Luc. 11. 17

Non enim eſt diſſenſionis Deus, ſed pacis. *1. Cor. 14. 33*

Unus Dominus, una fides. *Epheſ. 4. 5*

Doctrinis variis & peregrinis, nolite abduci. *Ebr. 13. 9*

*Eccleſia debet habere Caput viſibile, & Judicem ſupremum ac infallibilem. Vide Papa.*

*COmparatur Eccleſia caſtrorum aciei ordinatæ. Cant. 6. 3*

*Comparatur Regno, Corpori. Dan. 2. 44.* Epheſ. 4. 3. *Domui. 1.* Tim. 3. 15. &c.

Paſce oves meas. *Joan. 21. 17*

Tibi dabo claves --- & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis, &c. *Matt. 16. 19*

*Eccleſia eſt corpus Chriſti.*

ET omnia ſubjecit ſub pedibus ejus: & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, &c. *Epheſ. 1. 22. cap. 4. 4*

Quoniam vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ: ipſe ſalvator corporis ejus. *Ibid. 5. 23*

Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. *1. Cor. 12. 27*

*Eccleſia fidelium naſcitur & propagatur per ſanam doctrinam.*

QUotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus: qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. *Joan. 1. 12*

Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii ſunt filii Dei. *Rom. 8. 14*

Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. *Galat. 4. 19*

Nam ſi decem millia pædagogorum habeatis in Chriſto, ſed non multos patres. Nam in Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui. *1. Cor. 4. 15*

Secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ ſecundum pietatem eſt, in ſpem vitæ æternæ. *Tit. 1. 1*

Obſecro te pro meo filio, quem genui in vinculis. *ad Philip. v. 10*

Renati, non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, per verbum Dei vivi, & permanentis in æternum. *1. Petr. 1. 23. Vide & 1.* Joan. 3. 9. 5. 18

Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut ſimus initium aliquod creaturæ ejus. *Jacob. 1. 18*

*Eccleſia ſeu fidelium cœtus tenetur Sacerdotibus, & paſtoribus ſuis neceſſaria miniſtrare. Vide & Evangelizans.*

CAve ne derelinquas Levitem in omni tempore, quo verſaris in terra. *Deut. 12. 19. Idem* 14. 27. 16. 11

Non ligabis os bovis terentis in area fruges tuas. *Ibid. 25. 4*

Vobis quoque notum facimus de univerſis Sacerdotibus & Levitis &c. & miniſtris domus Dei hujus, ut vectigal, & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. *1. Eſdr. 7. 24*

Dignus enim eſt operarius mercede ſua. *Matt. 10. 10. Idem* Luc. 10. 7

Nam ſi ſpiritualium eorum participes facti ſunt Gentiles: debent & in carnalibus miniſtrare illis. *Rom. 15. 27*

Quis militat ſuis ſtipendiis umquam? Quis plantat vineam & de fructu ejus non edit? Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat? Numquid ſecundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum eſt enim in lege Moyſi: Non alligabis os bovi trituranti, &c. *1. Cor. 9. 7.* Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt, ſi nos carnalia veſtra metamus? Ibidem 11. 1. Tim. 5. 18

Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat in omnibus bonis. *Galat. 6. 6*

*Epaphroditum cooperatorem miſi ad vos:* Excipite itaque illum cum omni gaudio in Domino; & ejuſmodi cum honore habetote. *Philip.* 2. 29

Scitis autem & vos Philippenſes, quod — nulla mihi Eccleſia communicavit in ratione dati & accepti, niſi vos ſoli, quia — ſemel & bis in uſum mihi miſiſtis. *Ibid.* 4. 15

Rogamus autem vos fratres, ut noveritis eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino; & monent vos, ut habeatis illos abundantius in caritate propter opus illorum: Pacem habete cum eis. 1. *Theſſ.* 5. 12

Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei. *Hebr.* 13. 7

*Tenentur etiam pro ſuis præfectis orare.*

ET Petrus quidem ſervabatur in carcere. Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia ad Deum pro eo. *Actor.* 12. 5

Obſecro ergo vos fratres per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & per caritatem ſancti Spiritus, ut adjuvetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum. *Rom.* 15. 30

Orationi inſtate, vigilantes in ea in gratiarum actione: orantes ſimul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſterium Chriſti, &c. *Coloſſ.* 4. 2

De cetero fratres, orate pro nobis, ut ſermo Dei currat & clarificetur, ſicut & apud vos, &c. 2. *Theſſ.* 3. 1. Heb. 13. 18

Scio enim, quia hoc mihi proveniet ad ſalutem, per veſtram orationem, & ſubminiſtrationem Spiritus Jeſu Chriſti. *Phil.* 1. 19

*Eccleſia eſt ſponſa Chriſti.*

AUdi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliviſcere populum tuum & domum Patris tui. Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. *Pſal.* 44. 11

Et Juravi tibi, & ingreſſus ſum pactum tecum (ait Dominus Deus) & facta es mihi. *Ezech.* 16.8

Et ſponſabo te mihi in ſempiternum: & ſponſabo te mihi in juſtitia, & in judicio, &c. *Oſeæ* 2.19

Æmulor enim vos Dei æmulatione. Deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. 2. *Cor.* 11. 2

Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſemetipſum tradidit pro ea, — ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, &c. *Epheſ.* 5. 25

Gaudeamus, & exultemus — quia venerunt nuptiæ agni, & uxor ejus præparavit ſe, &c. *Apoc.* 19.7

Veni, & oſtendam tibi ſponſam, uxorem agni. *Quæ eſt Eccleſia, ut ſequentes verſus ſatis indicant.* *Ibid.* 21. 9

*Eccleſiæ caput eſt Chriſtus.*

VOs autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. 1. *Cor.* 12. 27

Et omnia ſubjecit ſub pedibus ejus: & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius. *Epheſ.* 1. 22

Veritatem autem facientes in caritate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus &c. *Ibid.* 4. 15.

Quoniam vir caput eſt mulieris: ſicut Chriſtus caput Eccleſiæ. *Ibid.* 5. 23

Et ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ, qui eſt principium, primogenitus ex mortuis: ut ſit in omnibus ipſe primatum tenens. *Coloſſ.* 1. 18. Cap. 2. 10

*Eccleſiæ membra ſunt veri fideles eidem capiti Chriſto ejuſque Vicario ſubjecti, cujuſcumque nationis fuerint ſive Judæi ſive Gentiles.*

ET alias oves habeo, quæ non ſunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile & unus paſtor. *Joan.* 10. 16

Sicut enim corpus unum eſt, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa, unum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus, &c. 1. *Cor.* 12. 12

Gentes eſſe coheredes & concorporales, & comparticipes promiſſionis ejus in Chriſto Jeſu per Evangelium: cujus factus ſum miniſter, &c. *Epheſ.* 3. 6

*Eccleſiæ membra vera ſunt etiam peccatores, injuſti & improbi.*

E*Cceleſia comparatur areæ, in qua congregantur triticum & paleæ.* *Matt.* 3. 12

*Etenim comparatur civitati, in qua ſunt boni & mali cives.* *Ibid.* 5. 14

*Sagenæ & reti, piſces bonos & malos concludenti.* *Ibid.* 13. 47

*Agro, in quo bonum & malum ſemen.* *Ibid.* v. 24

*Decem virginibus, quarum quinque prudentes, & quinque fatuæ.* *Ibid.* 25. 1

*Corpori, quod habet varia membra.* *Rom.* 12. 4

*Magnæ Domui, in qua ſunt vaſa aurea & argentea, lignea & fictilia &c.* 2. *Tim.* 2. 20

Omnes nos in unum corpus baptizati ſumus. 1. *Cor.* 12. 13

*Obedire Præpoſitis jubemur,* non tantum bonis — ſed etiam *malis &* diſcolis. 1. *Petr.* 2. 18

*Eccleſiæ claves & poteſtas promittuntur.*

ET tibi dabo claves regni cælorum. Et quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. *Matth.* 16. 19. *Vide &* Iſa. 22. 22

Eccle-



*Eccleſiæ claves traduntur.*

AMen dico vobis, quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo &c. *Matt.* 18. 18

Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. *Joan.* 20. 22

*Claves exercentur. Vide Excommunicatio. Confeſſio.*

QUod ſi non audierit eos: dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus. *Matth.* 18. 17. *Vide exemplum* 1. Cor. 5. 3. &c.

*Eccleſiam ſibi Chriſtus comparavit ſuo ſanguine.*

ATtendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam adquiſivit ſanguine ſuo. *Actor.* 20. 28

Empti enim eſtis pretio magno. 1. *Cor.* 6. 20

Pretio empti eſtis, nolite fieri ſervi hominum. *Ibid.* 7. 23.

Nunc autem in Chriſto Jeſu, vos, qui aliquando eratis longe, facti eſtis prope in ſanguine Chriſti. *Epheſ.* 2. 13

In quo (*Chriſto*) habemus redemptionem per ſanguinem ejus, remiſſionem peccatorum. *Coloſſ.* 1. 14

Pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti, & incontaminati *empti eſtis* &c. 1. *Petr.* 1. 19. 1. Jo. 1. 7

*Chriſtus* dilexit nos, & lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnum & ſacerdotes Deo. *Apoc.* 1. 5

Neque per ſanguinem hircorum aut vitulorum, ſed per proprium ſanguinem, introivit ſemel in ſancta, &c. *Hebr.* 9. 12

Dignus es, Domine, accipere librum, & aperire ſignacula ejus: quoniam occiſus es, & redemiſti nos Deo in ſanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. *Apoc.* 5. 9

*Eccleſiam ſuam Deus protegit, & cuſtodit.*

DOminus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: ut dux eſſet itineris utroque tempore. *Exod.* 13. 21. Num. 14. 14. 2. Eſdr. 9. 19

Et habitabo in medio filiorum Iſrael, eroque eis Deus, &c. *Ibid.* 29. 45. *Idem* 3. Reg. 6. 13

Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, voſque eritis populus meus. *Levit.* 26. 12

Dominus enim Deus tuus ambulat in medio caſtrorum, ut eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, & ſint caſtra tua ſancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te, &c. *Deut.* 23. 14. Deut. 7. 20

Dominus ergo Deus tuus tranſibit ante te: ipſe delebit omnes gentes has in conſpectu tuo, & poſſidebit eas: & Joſue iſte tranſibit ante te, ſicut locutus eſt Dominus. *Ibid.* 31. 3

Domine refugium factus es nobis, a generatione in generationem. *Pſal.* 89. 1. *Vide &* Pſalmum 90. 1

Cum tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te. *Iſa.* 43. 2

Et tu noli timere ſerve meus Jacob, ait Dominus: quia tecum ego ſum: quia ego conſumam cunctas gentes, ad quas ejeci te: te vero non conſumam, ſed caſtigabo te in judicio, nec quaſi innocenti parcam tibi. *Jere.* 46. 28

Et ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſæculi. *Matth.* 28. 20. Joan. 14. 23. 2. Cor. 6. 16. Matth. 18. 20

*Eccleſiæ officium.*

CUmque caneret Pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini. 4. *Reg.* 3. 15

Volunt — & claudere ora laudantium te. *Eſth.* 14. 9

In Eccleſiis benedicam te Domine. *Pſal.* 25. 12

Bene pſallite ei in vociferatione. *Ibid.* 32. 3

Immola Deo ſacrificium laudis: & redde Altiſſimo vota tua. *Ibid.* 49. 14

Sacrificium laudis honorificabit me. *Ibid.* v. 23

Repleatur os meum laude. *Ibid.* 70. 8

Exultabunt labia mea, cum cantavero tibi. *Ibid.* 70. 23

Septies in die laudem dixi tibi. *Ibid.* 118. 164

Et non iteres verbum in oratione tua. *Eccli.* 7. 15

Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Ibid.* 15. 9

In omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini. *Ibid.* 39. 41

Appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longe eſt a me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis. *Iſa.* 29. 13

Prope es tu (*Domine*) ori eorum, & longe a renibus eorum. *Jerem.* 12. 2

Levemus corda noſtra cum manibus ad Deum in cælos. *Tren.* 3. 41

Et non clamaverunt ad me in corde ſuo, ſed ululabant in cubilibus ſuis. *Oſeæ* 7. 14

Odi, & projeci feſtivitates veſtras, & non capiam odorem cœtuum veſtrorum. *Amos* 5. 21

Aufer a me tumultum carminum tuorum; & cantica lyræ tuæ non audiam. *Ibid.* v. 23

Et convertam feſtivitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum. *Ibid.* 8. 10

Domus

Domus mea, domus orationis. *Matth.* 21. 13
Et erant ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deum. *Luc.* 24. 53
Veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. *Joan.* 4. 23
Pſallam ſpiritu, ſpallam & mente. 1. *Cor.* 14. 15
Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino. *Epheſ.* 5. 19
Commonentes voſmetipſos Pſalmis &c. *Coloſs.* 3. 16
Offeramus hoſtiam laudis ſemper Deo. *Hebr.* 13. 15
Triſtatur aliquis veſtrum? oret: Æquo animo eſt? pſallat. *Jacob.* 5. 13

*Eccleſiæ fundamentum. Vide fundamentum.*

*Educatio Liberorum. Vide Parentum officium.*

*Effuſio ſanguinis. Vide Sanguinis effuſio & Homicidium.*

## T I T U L U S III.

*Electio.*

CO*nſilio Jethro Sacerdotis, Moyſes elegit Judices viros potentes, & timentes Dominum, in quibus erat veritas, & qui oderunt avaritiam.* *Exod.* 18. 17. v. 25
Quem ex his elegero, germinabit virga ejus. *Num.* 17. 5
*Volens Moyſes ulciſci Iſrael de Madianitis ait*: Mille viri de ſingulis tribubus eligantur --- ad bellum. *Ibid.* 31. 1
Sed elegit Dominus Deus Iſrael me de univerſa domo Patris mei, ut eſſem rex ſuper Iſrael, &c. 1. *Paral.* 28. 4
Sed elegit (*Deus*) tribum Juda --- & elegit David ſervum ſuum &c. *Pſal.* 77. 68
Multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. *Matth.* 20. 16. Apoc. 17. 16
Vocavit (*Dominus*) diſcipulos ſuos: & elegit duodecim ex ipſis, quos & Apoſtolos nominavit. *Luc.* 6. 13
Tu Domine, qui corda noſti omnium, oſtende quem elegeris. *Actor.* 1. 24
Et elegerunt Stephanum, virum plenum fide &c. *Ibid.* 6. 5
Segregate mihi Saulum & Barnabam, in opus ad quod aſſumpſi eos. *Ibid.* 13. 2
Satagite, ut per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis. 2. *Petr.* 1. 10

*Electio boni & mali.*

HAbeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum. *Lev.* 10. 10
En propono in conſpectu veſtro hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, ſi obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, ſi non obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de via, quam ego nunc oſtendo vobis, & ambulaveritis poſt Deos alienos, quos ignoratis. *Deut.* 11. 26
*Propoſui* in conſpectu tuo vitam & bonum, & e contrario mortem & malum. *Ibid.* 30. 15
*Propoſui* vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, ut & tu vivas & ſemen tuum. *Ibid.* v. 19
Dabis ergo ſervo tuo cor docile, ut populum tuum judicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum. 3. *Reg.* 3. 9
Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei; magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. *Pſal.* 83. 11
Appoſui tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. *Eccli.* 15. 17
Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. *Ibid.* v. 18
Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. *Iſa.* 5. 20
Si ſeparaveris pretioſum a vili, quaſi os meum eris. *Jere.* 15. 19
Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. *Ibid.* 21. 8
Inter ſanctum & profanum non habent diſtantiam: inter pollutum & mundum non intellexerunt. *Ezec.* 22. 26
Quærite bonum, & non malum, ut vivatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiſcum &c. *Amos* 5. 14
Elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. *Matt.* 13. 48
Et hoc oro, ut caritas veſtra magis ac magis abundet in ſcientia, & in omni ſenſu: ut probetis potiora, ut ſitis ſinceri, & ſine offenſa in diem Chriſti; repleti fructu juſtitiæ per Jeſum Chriſtum. *Philip.* 1. 9
Omnia autem probate: quod bonum eſt tenete. 1. *Theſſ.* 5. 21





## T I T U L U S IV.

*Eleemoſyna. Vide & Divitiæ. Item Dare & Dandum. Item Miſericordia.*

*Eleemoſyna pauperibus eroganda. Vide Miſericordia.*

ANno autem ſeptimo dimittes eam (*terram*,), & requieſcere facies, ut comedant pauperes populi tui. *Exod.* 23. 11
Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum, quaſi exactor, nec uſuris opprimes. *Exod.* 22. 25
Neque in vinea tua racemos, & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus, & peregrinis carpenda dimittes. *Levit.* 19. 10
Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ veſtræ, non ſecabitis eam uſque ad ſolum: nec remanentes ſpicas colligetis, ſed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. *Ibid.* 23. 22. Cap. 19. 9
Si unus de fratribus tuis, qui morantur intra portas civitatis tuæ, in terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, ad paupertatem venerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum, ſed aperies eam pauperi, & dabis mutuum, quo eum indigere perſpexeris &c. *Deut.* 15. 7. Sed dabis ei: nec ages quippiam callide in ejus neceſſitatibus ſublevandis: ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore & in cunctis ad quæ manum miſeris. Ibid. 10
Quando meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus, manipulum reliqueris, non reverteris, ut tollas illum: ſed advenam, & pupillum, & viduam auferre patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. *Ibid.* 24. 19
Pauperibus munuſcula *largiebantur*. *Eſter.* 9. 22
Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. *Pſal.* 40. 1
Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate. *Ibid.* 81. 4
Diſperſit, dedit pauperibus, juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi: cornu ejus exaltabitur in gloria. *Ibid.* 111. 9
Ne dicas amico tuo: Vade & revertere: cras dabo tibi, cum ſtatim poſſis dare. *Prov.* 3. 28
Qui deſpicit proximum ſuum, peccat; qui autem miſeretur pauperis, beatus erit. *Ibid.* 14. 21.
Honorat autem eum (*Creatorem*) qui miſeretur pauperis. Ibid. v. 31
Feneratur Domino, qui miſeretur pauperis; & viciſſitudinem ſuam reddet ei. *Ibid.* 19. 17.
Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. *Ibid.* 21. 13. Qui ſequitur juſtitiam & miſericordiam, inveniet vitam, juſtitiam, & gloriam. Ibidem v. 21
Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi. *Ibid.* 22. 9
Qui dat pauperi non indigebit: qui deſpicit deprecantem ſuſtinebit penuriam. *Ibid.* 28. 27.
Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. & Cap. 31. 20
Mitte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas: quia poſt tempora multa invenies illum. *Eccleſ.* 11. 1
Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam: cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. *Iſa.* 58. 7
Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum ejus, & manum egeno & pauperi non porrigebant. *Ezech.* 16. 49. Cap. 18. 7
Quam ob rem rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis. *Dan.* 4. 24
Animam eſurientem ne deſpexeris; & non exaſperes pauperem in inopia ſua. Cor inopis ne affilixeris, & non protrahas datum anguſtianti. *Eccli.* 4. 2
Et pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua. *Ibid.* 7. 36
Non eſt enim ei bene qui aſſiduus eſt in malis, & eleemoſynas non danti; quoniam & altiſſimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitentibus. *Ibid.* 12. 3
Propter mandatum aſſume pauperem: & propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum. Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem. *Ibid.* 29. 12. Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo, &c. Ibid. v. 15
Retribuet gratiam, qui offert ſimilaginem: & qui facit miſericordiam, offert ſacrificium. *Ibid.* 35. 4
Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere: ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. *Tob.* 4. 7. Panem tuum cum eſurientibus & egenis comede, & de veſtimentis tuis nudos tege &c. Ibid. v. 17
Quoniam eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam & vitam æternam. *Ibid.* 12. 9
Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. *Matth.* 6. 3
Et quicumque potum dederit uni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. *Ibid.* 10. 42

Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum (*magnum*) in cælo : & veni, ſequere me. *Matt.* 19. 21

Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare : ſitivi, & dediſtis mihi bibere, &c. *Ibid.* 25. 35. *& 42. contra dicitur.*

*Jeſus* dicebat illis; Qui habet duas tunicas, det (*unam*) non habenti : & qui habet eſcas, ſimiliter faciat. *Luc.* 3. 11. Cap. 6. 35. Jacob. 2. 15

Date eleemoſynam ; & ecce omnia munda ſunt vobis. *Ibid.* 11. 41

Vendite quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. *Ibid.* 12. 33

Cum facis convivium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos : & beatus eris, quia non habent retribuere tibi : retribuetur enim tibi in reſurrectione juſtorum. *Ibid.* 14. 13

*Hortatur ad faciendas eleemoſynas, dicens : quid mereatur fidelis aut infidelis mammonæ diſpenſator, quodque nemo poteſt* Deo ſervire & mammonæ. *Ibid.* 16. 9

Stans autem Zachæus, dixit ad Dominum; Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus : & ſi quid aliquem defraudavi, reddo quadruplum. *Ibid.* 19. 8. Actor. 9. 39. 11. 29

Vir autem quidam erat in Cæſarea nomine Cornelius, Centurio cohortis quæ dicitur Italica, religioſus, ac timens Deum cum omni domo ſua, faciens eleemoſynas multas plebi. *Actor.* 10. 1. Beatius eſt magis dare quam accipere. Cap. 20. 35. Rom 12. 8. 15. 26

De collectis autem quæ fiunt in ſanctos, ſicut ordinavi Eccleſiis Galatiæ, ita & vos facite. 1. *Cor.* 16. 1

*Proſequitur hortando ad eleemoſynam prompte & abundanter faciendam, &c.* 2. *Cor.* 9. Epheſ. 4. 28

Beneficentiæ autem & communionis nolite oblviſci : talibus enim hoſtiis promeretur Deus. *Hebr.* 13. 16

Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? 1. *Joan.* 3. 17. *Id.* Jacob. 2. 15

Miſericordiam volui, & non ſacrificium. *Oſea* 6. 6. *Idem* Matth. 9. 13

Facere eleemoſynam ne deſpicias. *Eccli.* 7. 10

Et diſpereat de terra memoria eorum, pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam. *Pſal.* 108. 15. Ibid. 111. 5.

Si multum tibi fuerit, abundanter tribue : ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis. *Tob.* 4. 9

Alii dividunt propria, & ditiores fiunt; alii rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. *Prov.* 11. 24

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. *Eccli.* 3. 33

Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da ei : (*dando pauperibus*) Et implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt. *Prov.* 3. 9

Facere miſericordiam & judicium magis placet Domino, quam victimæ. *Ibid.* 21. 5

Fili, eleemoſynam pauperis ne defraudes, & oculus tuos ne tranſvertas a paupere. *Eccli.* 4. 1

*Eleemoſynæ merces.*

A*Brahamo facienti eleemoſynam filius promittitur.* Gen. 18. 5. *&c.*

*Abigail ob panes aliquot Davidis militibus prudenter diſtributos ad ſtatum regium promovetur.* 1. *Reg.* 25. 27. &c.

*Vidua pauper in Eliam liberalis, magnos inde fructus percipit.* 3. *Reg.* 17

*Mulier Sunamitis erga Eliſeum benefica, impetrat filium, qui etiam mortuus ad vitam ab Eliſeo reſuſcitatur.* 4. *Reg.* 4. 8. *&c.*

Si multum tibi fuerit, abundanter tribue : ſi exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude. Præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis. Quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & a morte liberat, &c. *Tob.* 4. 9

Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli avertere faciem ab ullo paupere : ita enim fiet, ut nec a te avertatur facies Domini. *Ibid.* v. 7. Luc. 14. 13

*Si das eleemoſynam*, implebuntur horrea tua ſaturitate, &c. *Prov.* 3. 9

Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemoſyna reſiſtit peccatis. *Eccli.* 3. 33. Dan. 4. 24

Quicumque potum dederit uni ex minimis &c. amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. *Matt.* 10. 41. Marc. 9. 40. *Vide* & Matth. 25. 35

Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo. *Ibid.* 19. 21

Quod ſupereſt, date eleemoſynam : & ecce omnia munda ſunt vobis. *Luc.* 11. 41. Cap. 14. 13

*Cornelius Centurio propter eleemoſynas ſuas, quæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei, recipit in præmium veram fidem & ſalutem.* *Actor.* 10

Bona eſt oratio cum jejunio, & eleemoſyna magis quam theſauros auri recondere : quoniam eleemoſyna a morte liberat, & ipſa eſt, quæ purgat peccata, & facit invenire miſericordiam, & vitam æternam. *Tob.* 12. 8

Conclude eleemoſynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. *Eccli.* 29. 15. Pſal. 111. 5

Beneficentiæ autem --- nolite oblviſci : talibus enim hoſtiis promeretur Deus. *Hebr.* 13. 16

*Emendatio vitæ. Vide Vitæ Emendatio.*

TITU-



## TITULUS V.

*Emere & vendere quomodo oporteat.*

NOlite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in menſura. Statera juſta, & æqua ſint pondera, juſtus modius, æquuſque ſextarius. *Levit.* 19. 35

Quando vendes quippiam civi tuo, vel emes ab eo, ne contriſtes fratrem tuum, ſed juxta numerum annorum jubilæi emes ab eo, & juxta ſupputationem frugum vendet tibi. *Ibid.* 25. 14. Gen. 23. 9

Non habebis in ſacculo diverſa pondera, majus & minus : nec erit in domo tua modius major & minor. Pondus habebis juſtum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi. *Deut.* 25. 13

Statera doloſa, abominatio eſt apud Dominum : & pondus æquum, voluntas ejus. *Prov.* 11. 1

Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis : benedictio autem ſuper caput vendentium. Ib. v. 26

Pondus & ſtatera judicia Domini ſunt : & opera ejus omnes lapides ſacculi. *Ibid.* 16. 11

Pondus & pondus, menſura & menſura : utrumque abominabile eſt apud Deum. *Ibid.* 20. 10 *Vide & v.* 23

Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic & inter medium venditionis & emptionis anguſtiabitur peccatum. *Eccli.* 27. 2

Statera juſta, & ephi juſtum, & batus juſtus erit vobis. *Ezech.* 45. 10.

Adhuc ignis in domo impii theſauri iniquitatis, & menſura minor iræ plena. Numquid juſtificabo ſtateram impiam & ſaccelli pondera doloſa? *Mich.* 6. 10

In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini : & in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. *Matth.* 7. 2. Marc. 4. 24

Qui emunt (*in hoc mundo, ſint*) tamquam non poſſidentes. 1. *Cor.* 7. 30

Ne quis ſupergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem ſuum : quoniam vindex eſt Dominus de his omnibus. 1. *Theſſ.* 4. 6

## TITULUS VI.

*Emundatio.*

AFferam pauxillum aquæ, & lavate pedes veſtros. *Gen.* 18. 4

Abjicite Deos alienos --- & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra. *Ibid.* 35. 2

Facientque mihi ſanctuarium (*de cordibus ſuis*) & habitabo in medio eorum. *Exod.* 25. 8

Et vetera novis ſupervenientibus projicitis. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abjiciet vos anima mea. *Levit.* 26. 10

Atque ita emundabitur veſtra poſſeſſio, me commorante vobiſcum : ego enim ſum Dominus, qui habito inter filios Iſrael. *Num.* 35. 34

Auferte Deos alienos de medio veſtri Baalim & Aſtaroth : & præparate corda veſtra Domino, & ſervite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim. 1. *Reg.* 7. 3

Vade, & lavare ſepties in Jordane, & recipiet ſanitatem caro tua, atque mundaberis. 4. *Reg.* 5. 10

Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius? *Eccli.* 34. 30

Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. *Iſa.* 1. 16

Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Jeruſalem laverit de medio ejus, in ſpiritu judicii & ſpiritu ardoris. *Ibid.* 4. 4

Mundate domum Domini Dei patrum veſtrorum, & auferte omnem immunditiam de ſanctuario. 2. *Paral.* 29. 5

Parate viam Domini, rectas facite in ſolitudine ſemitas Dei noſtri. *Iſa.* 40. 3

Circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum, viri Juda. *Jerem.* 4. 4

Et emundabo illos ab omni iniquate ſua --- & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus deliquerunt mihi. *Ibid.* 33. 8

Et lavi te aqua, & emundavi ſanguinem tuum ex te : & unxi te oleo. *Ezech.* 16. 9

Et effundam ſuper vos aquam mundam, & mandabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab univerſis idolis veſtris mundabo vos. *Ibid.* 36. 25

Uſquequo non poterunt emundari? *Oſea* 8. 5

Præparare (*te*) in occurſum Dei tui Iſrael. *Amos* 4. 12

Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum : Ecce abſtuli a te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis. *Zach.* 3. 4

Ecce contriti ſunt inimici noſtri : aſcendamus nunc mundare ſancta, & renovare. 1. *Mac.* 4. 36

Et elegit Sacerdotes ſine macula, voluntatem habentes in lege Dei : & mundaverunt ſancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. *Ibid.* v. 42

Et ædem & atria ſanctificaverunt : & fecerunt vaſa ſancta nova. *Ibid.* v. 48

Et

Et nunc Sancte Sanctorum omnium Domine, conſerva in æternum impollutam domum iſtam, quæ nuper mundata eſt. 2. *Mach.* 14. 36

Domine, ſi vis, potes me mundare. *Matth.* 8. 2. Marc. 1. 40. Luc. 5. 12

Væ vobis, Scribæ & Phariſæi, hypocritæ, qui mundatis quod de foris eſt calicis, & paropſidis: intus autem pleni eſtis rapina, & immunditia. Phariſæe cæce, munda prius quod intus eſt calicis & paropſidis, ut fiat id, quod de foris eſt, mundum. *Ibid.* 23. 25

Vade, lava in natatoria Siloe — Abiit ergo, & lavit, & venit videns. *Joan.* 9. 7

Si non lavero te, non habebis partem mecum. *Ibid.* 13. 8

Et hæc quidam fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed juſtificati eſtis, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. 1. *Cor.* 6. 11

Has ergo habentes promiſſiones cariſſimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei. 2. *Cor.* 7. 1

Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. 1. *Theſſ.* 4. 3

Non enim vocavit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. *Ibid. v.* 7

Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos per omnia: ut integer ſpiritus veſter, & anima & corpus ſine querela in adventu Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur. *Ibid.* 5. 23

Si quis ergo emundaverit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & utile ad omne opus bonum paratum. 2. *Tim.* 2. 21.

Purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram majeſtatis in excelſis. *Hebr.* 1. 3

Aſperſi corda a conſcientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus ſpei noſtræ confeſſionem indeclinabilem. *Ibid.* 10. 22

Propter quod abjicientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſalvare animas veſtras. *Jacob.* 1. 21

Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. *Ibid.* 4. 8

Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & ſimulationes, & invidias, & omnes detractiones. Sicut modo geniti infantes, rationabile ſine dolo lac concupiſcite, ut in eo creſcatis in ſalutem. 1. *Petr.* 2. 1

Et Sanguis Jeſu Chriſti filii Dei emundat nos ab omni peccato. 1. *Joan.* 1. 7

Et omnis, qui habet hanc ſpem in eo, ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt. *Ibid.* 3. 3

Qui dilexit nos, & lavit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. *Apoc.* 1. 5

Hi ſunt, qui — & laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt eas in ſanguine Agni. *Ibid.* 7. 14

Beati, qui lavant ſtolas ſuas in ſanguine agni. *Ibid.* 22. 14

## T I T U L U S VII.

*Errare.*

Et errare eos faciet quaſi ebrios. *Job.* 12. 25

Et dixi: Semper hi errant corde. *Pſal.* 94. 10

Erraverunt in ſolitudine, in inaquoſo. *Ibid.* 106. 4

Errare fecit eos in invio, & non in via. *Ibid. v.* 40

Erravi ſicut ovis, quæ periit. *Ibid.* 118. 176

Animæ doloſæ erant in peccatis. *Prov.* 13. 13

Errant, qui operantur malum. *Ibid.* 14. 22

Et cuncta, quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, ſive bonum, ſive malum illud ſit. *Eccle.* 12. 14

Omnes nos quaſi oves erravimus, unuſquiſque in viam ſuam declinavit. *Iſa.* 53. 6

Et propheta cum erraverit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi Prophetam illum: & extendam manum meam ſuper illum, & delebo eum (*dicit Dominus*) de medio populi mei Iſrael. *Ezech.* 14. 9

Erratis neſcientes Scripturas. *Matt.* 22. 29

## T I T U L U S VIII.

*Epiſcoporum electio, & efficium. Vide & Concionator.*

Ego ſum paſtor bonus: & cognoſco oves meas, & cognoſcunt me meæ. *Joan.* 10. 14

Conſiderate ergo fratres viros ex vobis boni teſtimonii ſeptem; plenos Spiritu ſancto & ſapientia, quos conſtituamus ſuper hoc opus. *Actor.* 6. 3

Attendite vobis, & univerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam adquiſivit ſanguine ſuo. *Ibid.* 20. 28

Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. 1. *Cor.* 4. 1

Qui & idoneos nos fecit miniſtros novi teſtamenti. 2. *Cor.* 3. 6

Non enim noſmetipſos prædicamus, ſed Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, nos autem ſervos veſtros per Jeſum. *Ibid.* 4. 5.

*Glorior*



*Glorior* de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in deſtructionem veſtram. 2. *Cor.* 10. 8

Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. 1. *Tim.* 3. 1

Bonus eris miniſter Chriſti Jeſu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es. *Ibid.* 4. 6

Sed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, &c. 2. *Cor.* 6. 4

Sollicite cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, recte tractantem verbum veritatis. 2. *Tim.* 2. 15

Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, ut ea, quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per civitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi. *Tit.* 1. 5

Paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, providentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundum Deum, neque turpis lucri gratia, ſed voluntarie: neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſcibilem gloriæ coronam. 1. *Petr.* 5. 2

## T I T U L U S IX.

*Erubeſcere nullus debet Evangelium.*

Juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam & ſalutare tuum dixi. *Pſal.* 39. 11. Eccli. 42. 9. 21

Qui enim me confeſſus fuerit, & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice; & filius hominis confitebitur eum, cum venerit in gloria Patris ſui cum Angelis ſanctis. *Marc.* 8. 38. Matth. 10. 32

Nam qui me erubuerit, & meos ſermones: hunc Filius hominis erubeſcet, cum venerit in majeſtate ſua, & Patris, & ſanctorum Angelorum. *Luc.* 9. 26. Ibid. 12. 9

Non enim erubeſco Evangelium. Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, Judæo primum, & Græco. *Rom.* 1. 16

Noli itaque erubeſcere teſtimonium Domini noſtri, neque me vinctum ejus: ſed collabora Evangelio ſecundum virtutem Dei. 2. *Tim.* 1. 8

## T I T U L U S X.

*Erubeſcendum propter peccata.*

Ergo & tu porta confuſionem tuam, quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratius agens ab eis: juſtificatæ ſunt enim a te: ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ juſtificaſti ſorores tuas. *Ezec.* 16. 52

Super filiam luxurioſam confirma cuſtodiam: ne quando faciat te in opprobrium venire inimicis, a detractione in civitate, & objectione plebis, & confundat te in multitudine populi. *Eccli.* 42. 11

*Eruditio Liberorum. Vide Liberorum Eruditio.*

## T I T U L U S XI.

*Eſurire juſtitiam.*

Omnes ſitientes venite ad aquas: &c. *Iſa.* 55. 1

Beati, qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam: quoniam ipſi ſaturabuntur. *Matth.* 5. 6. Eccli. 24. 29. Matth. 6. 35

Eſurientes implevit bonis: & divites dimiſit inanes. *Luc.* 1. 53

Beati, qui nunc eſuritis: quia ſaturabimini. *Ibid.* 6. 21

Ego ſitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. *Apoc.* 21. 6 *Idem* 22. 17. *habetur.*

## T I T U L U S XII.

*Evangelium.*

*Evangelium Chriſti, ejuſque prædicatio.*

Ecce gentem, quam neſciebas, vocabis: & gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current; propter Dominum Deum tuum & ſanctum Iſrael, quia glorificavit te. *Iſai.* 55. 5

Spiritus Domini ſuper me, eo quod unxerit Dominus me: ad annuntiandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clauſis apertionem. *Ibid.* 61. 1

Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Matt.* 28. 19

Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ. *Marc.* 16. 15

Et dixit illis Angelus: Nolite timere; ecce enim evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo. *Luc.* 2. 10

Sic enim Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret; ut omnis, qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. *Joan.* 3. 16. 1. Joan. 4. 9

*Dixit ei Jeſus*: Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. *Ibid.* 8. 12. 1. Joan. 1. 5

Dixit autem ei Jeſus: Ego ſum panis vitæ: qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet umquam. *Ibid.* 6. 35

Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſalvabitur: & ingredietur, & egredietur, & paſcua inveniet. *Ibid.* 10. 9

Ego lux in mundum veni: ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. *Ibid.* 12. 46

Non enim erubeſco Evangelium. Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti. *Rom.* 1. 16

Nunc autem ſine lege juſtitia Dei manifeſta eſt, teſtificata a lege & Prophetis. Juſtitia autem Dei per fidem Jeſu Chriſti &c. *Rom.* 3. 21. *Vide* c. 8. 3

Nam in Chriſto Jeſu per Evangelium ego vos genui. 1. *Cor.* 4. 15

Notum autem vobis facio, fratres, Evangelium, quod prædicavi vobis, quod & accepiſtis, in quo & ſtatis, per quod & ſalvamini; qua ratione prædicaverim vobis, ſi tenetis, niſi fruſtra crediſtis. *Ibid.* 15. 1. *Idem* Galat. 1. 11

Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliavit ſibi per Chriſtum: & dedit nobis miniſterium reconciliationis. 2. *Cor.* 5. 18

In quo & vos, cum audiſſetis verbum veritatis (Evangelium ſalutis veſtræ) in quo & credentes ſignati eſtis, &c. *Epheſ.* 1. 13

Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus: quod Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum. 1. *Tim.* 1. 15. 2. Tim. 1. 8

Memor eſto Dominum Jeſum Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine David, ſecundum Evangelium meum, &c. 2. *Tim.* 2. 8

*Evangelium adfert fiduciam, ſimul & timorem, conſolationem, & terrorem.*

VIdens autem multos Phariſæorum & Sadducæorum, venientes ad baptiſmum ſuum, dixit eis: Progenies viperarum, quis demonſtravit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, &c. *Matth.* 3. 7. *Vide &* Luc. 3. 7

Qui ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. *Matt.* 5. 19

Intrate per anguſtam portam: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. *Ibid.* 7. 13. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ibid. v. 19. E tunc confitebor illis: Quia numquam novi vos: diſcedite a me, qui operamini iniquitatem. Ibid. v. 23

Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium. *Ibid.* 8. 12. cap. 22. 13

Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in cælis eſt. *Ibid.* 10. 33

A diebus autem Joannis Baptiſtæ uſque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. *Ibid.* 11. 12

Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſæculi, &c. *Ibid.* 13. 40. Et mittent eos (*Angeli*) in caminum ignis: ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Ib. v. 50

Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet unicuique ſecundum opera ejus. *Ibid.* 16. 27

Væ homini illi per quem ſcandalum venit. *Ibid.* 18. 7

Et inutilem ſervum ejicite in tenebras exteriores; illic erit fletus & ſtridor dentium. *Ibid.* 25. 30

Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam divitem intrare in regnum Dei. *Mar.* 10. 25

Væ vobis divitibus, quia habetis conſolationem veſtram. Væ vobis, qui ſaturati eſtis: quia eſurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia lugebitis, & flebitis. *Luc.* 6. 24

Ait ad illum Jeſus: Nemo mittens manum ſuam ad aratrum, & reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei. *Ibid.* 9. 62

Et vos eſtote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. *Luc.* 12. 40. Cui multum datum eſt, multum quæretur ab eo, &c. Ibid. v. 48

Si pœnitentiam non egeritis, omnes ſimiliter peribitis. *Ibid.* 13. 5

Adhuc unum tibi deeſt: omnia quæcumque habes, vende, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo: & veni, ſequere me. *Ibid.* 18. 22

Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos, & poſui vos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. *Joan.* 15. 16

Revelatur enim ira Dei de cælo ſuper omnem impietatem, & injuſtitiam hominum eorum qui veritatem Dei in injuſtitia detinent. *Rom.* 1. 18

Se-



Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & revelationis juſti judicii Dei. *Rom.* 2. 5

Stipendia enim peccati mors. Gratia autem Dei, vita æterna, in Chriſto Jeſu Domino noſtro. *Ibid.* 6. 23

Vide ergo bonitatem, & ſeveritatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, ſeveritatem: in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin & tu excideris. *Ibid.* 11. 22

Itaque unuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. *Ibid.* 14. 12

Uniuſcujuſque opus manifeſtum erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne revelabitur: & uniuſcujuſque opus quale ſit, ignis probabit. 1. *Cor.* 3. 13. Si quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Ibid. v. 17

Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur: ſæculi autem triſtitia mortem operatur. 2. *Cor.* 7. 10

Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis, & concupiſcentiis. *Gal.* 5. 24

Itaque cariſſimi mei (ſicut ſemper obediſtis) non ut in præſentia mei tantum, ſed multo magis nunc in abſentia mea, cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini. *Philip.* 2. 12

Voluntarie enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hoſtia, terribilis autem quædam expectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios. *Hebr.* 10. 26

Miſeri eſtote, & lugete & plorate: riſus veſter in luctum convertatur, & gaudium in mœrorem. *Jac.* 4. 9

Agite nunc divites, plorate ululantes in miſeriis veſtris, quæ advenient vobis, &c. *Ib.* 5. 1

Et ſi juſtus vix ſalvabitur, impius & peccator ubi parebunt? 1. *Pet.* 4. 18

Quapropter fratres magis ſatagite, ut per bona opera, certam veſtram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. 2. *Pet.* 1. 10

Si enim Deus Angelis peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos, in judicium reſervari. *Ibid.* 2. 4

Ecce venit Dominus in ſanctis millibus ſuis, facere judicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra Deum peccatores impii. *Juda* v. 15.

## T I T U L U S XIII.

*Evangelizans.*

*Evangelizanti debetur neceſſaria vitæ ſuſtentatio. Vide & Eccleſia.*

NOlite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam: dignus eſt enim operarius mercede ſua. *Matth.* 10. 9. Luc. 9. 13. c. 10. 7

Et præcepit eis (*Jeſus*) ne quid tollerent in via, niſi virgam tantum: non peram, non panem, neque in zona æs. *Marc.* 6. 8

Communicet autem is, qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat, in omnibus bonis. *Galat.* 6. 6. Rom. 15. 16

Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborant in verbo & doctrina. 1. *Tim.* 5. 17

Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. 2. *Tim.* 2. 6

*Evangelizans vita ſit integra.*

QUi ergo ſolverit unum de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines, minimus vocabitur in regno cælorum: qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. *Matth.* 5. 19

*Quid de non facientibus, & tamen docentibus.*

SUper cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſervate & facite: ſecundum opera vero eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt. *Ibid.* 23. 2

Qui ergo alium doces, teipſum non doces: qui prædicas non furandum, furaris. Qui dicis non mœchandum, mœcharis. *Rom.* 2. 21

Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem redigo: ne forte cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar. 1. *Cor.* 9. 27

Nemo adoleſcentiam tuam contemnat: ſed exemplum eſto fidelium, in verbo, in converſatione, in caritate, in fide, in caſtitate. 1. *Tim.* 4. 12

Sollicite cura teipſum probabilem exhibere Deo operarium inconfuſibilem, recte tractantem verbum veritatis. 2. *Tim.* 2. 15

In omnibus teipſum præbe exemplum bonorum operum; in doctrina, in integritate, in gravitate. *Tit.* 2. 7

M 2 Di-

*Dicendorum proponat utilitatem.*

SI dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus vel minus loquar. (*Verba ſunt Balaam*). *Sic & Michæas Propheta. Num.* 22. 18

Vivit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. 1. *Reg.* 22. 14

Væ mihi, qui tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. *Iſa.* 6. 5

Super montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem: exalta (*vocem*), noli timere. Dic civitatibus Juda: Ecce Deus veſter: Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur: ecce merces ejus cum eo, & opus illius coram illo. *Ibid.* 40. 9

Quam pulcri ſuper montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem: annuntiantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus. *Ibid.* 52. 7. Nahum. 1. 15

Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo ſcelera eorum, & domui Jacob peccata eorum. *Ibid.* 58. 1

Noli dicere: Puer ſum, quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis: & univerſa quæcumque mandavero tibi, loqueris. *Jerem.* 1. 7

Ecce dedi verba mea in ore tuo. *Ibid. v.* 9

Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum cælorum. *Matt.* 10. 7

Ideo omnis ſcriba doctus in regno cælorum, ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo nova & vetera. *Ibid.* 13. 52

Euntes ergo (*in mundum univerſum*) docete omnes gentes, &c. docentes eos ſervare omnia, quæcumque mandavi vobis. *Ibid.* 28. 19. Marc. 16. 15

Si quis vobis evangelizaverit præter id, quod accepiſtis, anathema ſit. *Galat.* 1. 9

Exhortatio enim noſtra non de errore, neque de immunditia; neque in dolo, ſed ſicut probati ſumus a Deo, ut crederetur nobis Evangelium: ita loquimini, non quaſi hominibus placentes, ſed Deo, qui probat corda noſtra. 1. *Theſſ.* 2. 3

Ineptas autem & aniles fabulas devita. 1. *Tim.* 4. 7

Prædica verbum, inſta opportune, importune: argue, obſecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus, cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus: & a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. 2. *Tim.* 4. 2

Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliſtæ, miniſterium tuum imple. Sobrius eſto. *Ibid. v.* 5

Tu autem loquere, quæ decent ſanam doctrinam. *Ad Titum* 2. 1

Stultas autem quæſtiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis devita: ſunt enim inutiles & vanæ. *Ibid.* 3. 9

Diſputante autem illo de juſtitia, & caſtitate, & de judicio futuro, tremefactus Felix, &c. *Act.* 24. 25

*Addat verborum claritatem.*

DOminus dedit mihi linguam eruditam, ut ſciam ſuſcitare eum, qui laſſus eſt verbo. *Iſa.* 50. 4

Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. *Matt.* 10. 27

Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare: non in ſapientia verbi, ut non evacuetur crux Chriſti. Verbum enim crucis pereuntibus quidem ſtultitia eſt: his autem qui ſalvi fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt. 1. *Cor.* 1. 17

Nam quia in Dei ſapientia non cognovit mundus per ſapientiam Deum: placuit Deo per ſtultitiam prædicationis ſalvos facere credentes. *Ibid. v.* 21

Et ego cum veniſſem ad vos, fratres, veni non in ſublimitate ſermonis, aut ſapientiæ, annuntians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. *Ibid.* 2. 1

Sapientiam autem loquimur inter perfectos: ſapientiam vero non hujus ſæculi, neque principum hujus ſæculi, qui deſtruuntur: ſed loquimur Dei ſapientiam in myſterio, quæ abſcondita eſt, quam prædeſtinavit Deus ante ſæcula in gloriam noſtram, quam nemo Principum hujus ſæculi cognovit. *Ibid. v.* 6

Nos autem non ſpiritum hujus mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus quæ a Deo donata ſunt nobis: quæ & loquimur, non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina Spiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. *Ibid. v.* 12

Et Ego, fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus. Tamquam parvuli in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis. *Ibid.* 3. 1

Non enim ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritate, ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto loquimur. 2. *Cor.* 2. 17

Ideo habentes (*hanc*) adminiſtrationem, juxta quod miſericordiam conſecuti ſumus, non defi-



cimus, ſed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in aſtutia, neque adulterantes verbum Dei, ſed in manifeſtatione veritatis, &c. 2. *Cor.* 4. v. 1. & 2

Et poſuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos. Obſecramus pro Chriſto, reconciliamini Deo. *Ibid.* 5. 19

Rogavi te, ut remaneres Epheſi, cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibuſdam, ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, & genealogiis interminatis, quæ quæſtiones præſtant magis, quam ædificationem Dei, quæ eſt in fide. 1. *Tim.* 1. 3

Formam habe ſanorum verborum, quæ a me audiſtis in fide, & in dilectione in Chriſto Jeſu. 2. *Tim.* 1. 12

*Veritatis teneat firmamentum.*

DOminus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. *Pſal.* 67. 12

Et poſuit os meum quaſi gladium acutum: in umbra manus ſuæ protexit me, & poſuit me ſicut ſagittam electam: in pharetra ſua abſcondit me. *Iſa.* 49. 2

Poſui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te, ut plantes cælos, & fundes terram. *Ibid.* 51. 16

Ne timeas a facie eorum: quia tecum ego ſum, ut eruam te, dicit Dominus. *Jer.* 1. 8

Ne formides a facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper omnem terram, Regibus Juda, principibus ejus, & ſacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt adverſum te, & non prævalebunt: quia ego tecum ſum, ait Dominus, ut liberem te. *Ibid. v.* 17.

Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Ut adamantem, & ut ſilicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas a facie eorum: quia domus exaſperans eſt. *Ezech.* 3. 8

Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium: Morte morieris, non annuntiaveris ei, neque locutus fueris, ut avertatur a via ſua impia, & vivat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram. *Ibid. v.* 17

Si autem tu annuntiaveris impio, & ille non fuerit converſus ab impietate ſua, a via ſua impia: ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti. *Ibid.* v. 19

Sed & ſi converſus juſtus a juſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipſe morietur, quia non annuntiaſti ei: in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria juſtitiæ ejus, quas fecit: ſanguinem vero ejus de manu tua requiram. *Ibid.* v. 20.

Si autem tu annuntiaveris juſto, ut non peccet juſtus, & ille non peccaverit: vivens vivet, quia annuntiaſti ei, & tu animam tuam liberaſti. *Ibid.* v. 21

Fili hominis, loquere ad filios populi tui. *Ibid.* 33. 2

Audiens ergo ex ore meo ſermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: Impie, morte morieris; non fueris locutus ut ſe cuſtodiat impius a via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram. Si autem annuntiante te ad impium, ut a viis ſuis convertatur, non fuerit converſus a via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: porro tu animam tuam liberaſti. *Ibid.* v. 7

Verumtamen annuntiabo tibi, quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis. *Dan.* 10. 21

Verumtamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini, judicio & virtute: ut annuntiem Jacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuum. *Mich.* 3. 8

Magiſter, ſcimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. *Matth.* 22. 16

Sine, ut mortui ſepeliant mortuos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei. *Luc.* 9. 60

Si juſtum eſt in conſpectu Dei, vos potius audire quam Deum, judicate. Non enim poſſumus, quæ vidimus, & audivimus, non loqui. *Act.* 4. 19

Quapropter conteſtor vos hodierna die quia mundus ſum a ſanguine omnium. Non enim ſubterfugi, quo minus annuntiarem omne conſilium Dei vobis. *Actor.* 20. 26

*Evangelizans audiatur diligenter.*

DEclaratio ſermonum tuorum illuminat. *Pſal.* 128. 130

Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem ſervi ejus? *Iſa.* 50. 10

Qui habet aures audiendi, audiat. *Matth.* 13. 9

Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit Malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde ejus. *Ibid.* v. 19

Pœnitemini, & credite Evangelio. *Marc.* 1. 15

*Proficiet cum effectu.*

REvelabit quoque aurem eorum, ut corripiat: & loquetur, ut revertantur ab iniquitate. Si audierint & obſervaverint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria. *Job* 36. 10

Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te convertentur. *Pſal.* 50. 15

Venite, & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis ejus: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jeruſalem. *Iſa.* 2. 3

Audite vocem meam, & facite omnia, quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego vobis in Deum. *Jerem.* 11. 4

Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognoſco eas, & ſequuntur me. *Joan.* 10. 27

Omnis qui eſt ex veritate, audit vocem meam. *Ibid.* 18. 37

Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis & orationibus. *Actor.* 2. 42

*Teneat perſeveranter.*

NOn ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris. *Epheſ.* 4. 14

Videte, ne quis vos decipiat per philoſophiam, & inanem fallaciam; ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecundum Chriſtum. *Coloſſ.* 2. 8

Doctrinis variis & peregrinis, nolite abduci. *Hebr.* 13. 9

*Qui ſeipſum ingerit.*

MUlieres in Eccleſiis taceant: non enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe. 1. *Cor.* 14. 34

Mulier in ſilentio diſcat cum omni ſubjectione. 1. *Tim.* 2. 11

Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum: ſed eſſe in ſilentio. *Ibid.* v. 12

Si quis aliter docet, & non adquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ei, quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ: ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa quæſtiones, & pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati ſunt, exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. *Ibid.* 6. 3

O Timothee, depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates: & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. *Ibid.* v. 20

*Alium inficit.*

DOctrina mala deſerenti viam vitæ. *Prov.* 15. 10

Speculatores ejus cæci omnes, neſcierunt univerſi: canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes ſomnia. Et canes impudentiſſimi, neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ignoraverunt intelligentiam: omnes in viam ſuam declinaverunt, unuſquiſque ad avaritiam ſuam, a ſummo uſque ad noviſſimum. *Iſa.* 56. 10

Stupor & mirabilia facta ſunt in terra: Prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in noviſſimo ejus? *Jerem.* 5. 30

Sinite illos: cæci ſunt, & duces cæcorum. *Matt.* 15. 14.

Numquid poteſt cæcus cæcum ducere? Nonne ambo in foveam cadunt? *Luc.* 6. 39

Finis autem præcepti eſt caritas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrantes, converſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, non intelligentes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. 1. *Tim.* 1. 5

Mali autem homines & ſeductores proficient in pejus; errantes, & in errorem mittentes. 2. *Tim.* 3. 13

Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui, & ſeductores: maxime qui de circumciſione ſunt: quos oportet redargui: qui univerſas domos ſubvertunt, docentes, quæ non oportet, turpis lucri gratia. *Tit.* 1. 10

*Deum offendit.*

VÆ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum. *Iſa.* 5. 20

Prophetæ ejus in pecunia divinabant: & ſuper Dominum requieſcebant, dicentes: Numquid non Dominus in medio noſtrum? Non venient ſuper nos mala. Propter hoc, cauſſa veſtri, Sion, quaſi ager, arabitur, & Jeruſalem quaſi acervus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſylvarum. *Mich.* 3. 11

Et vobis legiſperitis væ: quia oneratis homines oneribus, quæ portare non poſſunt, & ipſi digito veſtro non tangitis ſarcinas. *Luc.* 11. 46

Væ vobis legiſperitis, qui tuliſtis clavem ſcientiæ, ipſi non introiſtis, & eos, qui introibant, prohibuiſtis. *Ibid.* v. 52

Rogo autem vos fratres, ut obſervetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula præter doctrinam, quam vos didiciſtis, faciunt; & declinate ab illis. Hujuſcemodi enim Chriſto Domino noſtro non ſerviunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones, & benedictiones ſeducunt corda innocentium. *Rom.* 16. 17

*Qui contemnit evangelizantem, Deum deſpicit.*

MIttebat autem Dominus Deus patrum ſuorum ad illos, per manum nuntiorum ſuorum de nocte conſurgens, & quotidie commonens: eo quod parceret populo, & habitaculo ſuo. At illi ſubſannabant nuntios Dei, & parvipendebant ſermones ejus, illudebantque Prophetis, donec aſcenderet furor Domini in populum ejus: & eſſet nulla curatio. 2. *Par.* 36. 15. c. 24. 19

Abjecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium ſancti Iſrael blaſphemaverunt. Ideo iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum, &c. *Iſa.* 5. 24





Populus enim ad iracundiam provocans eſt, & filii mendaces, filii nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus: Nolite videre; & aſpicientibus: Nolite aſpicere nobis ea, quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auferte a me viam, declinate a me ſemitam, ceſſet a facie noſtra ſanctus Iſrael. *Iſa.* 30. 9

Quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui revelatum eſt? *Ibid.* 53. 1

Nolunt audire te, quia nolunt audire me: omnis quippe Domus Iſrael attrita fronte eſt, & duro corde. *Ezech.* 3. 7

Venite, & audiamus, quis ſit ſermo egrediens a Domino. Et veniunt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedent coram te populus meus: & audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris ſui vertunt illos, & avaritiam ſuam ſequitur cor eorum. *Ibid.* 33. 30

Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum, qui miſit me. *Luc.* 10. 16

Qui ſpernit me, & non accipit verba mea: habet qui judicet eum. Sermo, quem locutus ſum, ille judicabit eum in noviſſimo die. Quia ego ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. *Joan.* 12. 48

Quod ſi etiam opertum eſt Evangelium noſtrum: in iis, qui pereunt, eſt opertum: in quibus Deus hujus ſæculi excæcavit mentem infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei. 2. *Cor.* 4. 3

Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum: qui etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in nobis. 1. *Theſſ.* 4. 8

Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandavi vobis, ut bene ſit vobis. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem ſuam: ſed abierunt in voluntatibus, & in pravitate cordis ſui mali. *Jere.* 7. 23

Et miſi ad vos omnes ſervos meos prophetas per diem conſurgens diluculo, & mittens. Et non audierunt me, nec inclinaverunt aurem ſuam: ſed induraverunt cervicem ſuam: & pejus operati ſunt, quam patres eorum. *Ibid.* v. 25

Periit fides, & ablata eſt de ore eorum. *Ibid.* v. 28

Ego autem locutus ſum ad vos, de mane conſurgens & loquens, & non obediſtis mihi. Miſique ad vos omnes ſervos meos prophetas, conſurgens diluculo, mittenſque, & dicens: Convertimini unuſquiſque a via ſua peſſima, & bona facite ſtudia veſtra --- & non inclinaſtis aurem veſtram, neque audiſtis me. *Ibid.* 35. 14

Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te: ſed facientes omne verbum, quod egredietur de ore noſtro. *Ibid.* 44. 16

Et omnis, qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam, *vel ſuper terram ſine fundamento*: Et deſcendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. *Matth.* 7. 26. Luc. 6. 49

Sed non omnes obediunt Evangelio. *Rom.* 10. 16

O inſenſati Galatæ, quis vos faſcinavit non obedire veritati? &c. *Galat.* 3. 1

Eſtote autem factores verbi, & non auditores tantum, fallentes voſmetipſos. *Jacob.* 1. 22

*Malum ſuper ſe inducit.*

SI autem audierint, tranſibunt per gladium, & conſumentur in ſtultitia. *Job.* 36. 13

Et tu fili hominis: ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt te in eis: & non egredieris de medio eorum. Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir objurgans: quia domus exaſperans eſt. *Ezech.* 3. 25

Abjicet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus. *Oſea* 9. 17

Et noluerunt attendere, & averterunt ſcapulam recedentem, & aures ſuas aggravaverunt, ne audirent. Et cor ſuum poſuerunt, ut adamantem, ne audirent legem, & verba, quæ miſit Dominus exercituum in Spiritu ſancto, per manum Prophetarum priorum, &c. *Zach.* 7. 11

Et quicumque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros: exeuntes foras de domo, vel civitate, excutite pulverem de pedibus veſtris. Amen dico vobis. Tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati. *Matth.* 10. 14

Cui autem ſimilem æſtimabo generationem iſtam? Similis eſt pueris ſedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus, dicunt: Cecinimus vobis, & non ſaltaſtis: lamentavimus, & non planxiſtis. *Ibid.* 11. 16

Iis autem, qui ſunt ex contentione, & qui non adquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira, & indignatio. Tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum. *Rom.* 2. 8

In revelatione Domini Jeſu de cælo cum Angelis virtutis ejus in flamma ignis, dantis vindictam iis, qui non noverunt Deum, & qui non obediunt Evangelio Domini noſtri Jeſu Chriſti. Qui pœnam dabunt in interitu æternas a facie Domini &c. 2. *Theſſ.* 1. 7

Propterea abundantius oportet obſervare nos ea, quæ audivimus ne forte pereffluamus. Si-
Si enim, qui per Angelos dictus eſt ſermo, factus eſt firmus, & omnis prævaricatio, & ino-
bedientia accepit juſtam mercedis retributionem : quomodo nos effugiemus, ſi tantam negle-
xerimus ſalutem? *Hebr.* 2. 1

Irritam qui faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit. *Ibid.* 10. 28

Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet. 2. *Joan.* 9

## TITULUS XIV.

### *Euchariſtia.*

*Euchariſtia inſtitutitio.*

CŒnantibus autem eis, accepit Jeſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque Diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus novi & æterni teſtamenti qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. *Matt.* 26. 26. *Idem* Marc. 14. 22. *Item* Luc. 22. 19

Accipite, & manducate: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem, &c. 1. *Cor.* 11. 24

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt¿ *Ibid.* 10. 16

*Frequenter ſumenda.*

ERant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. *Actor.* 2. 42. c. 20. 7. Pſalm. 77. 24. Sap. 16. 20

*Præfiguratur Euchariſtia.*

QUod cum vidiſſent filii Iſrael, dixerunt ad invicem: Manhu? quod ſignificat: *Exod.* 16. 15 Quid eſt hoc? ignorabant enim, quid eſſet. Quibus ait Moyſes: Iſte eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum. *Prophetatur.* *Exod.* 16. 15. Malach. 1. 15

*Euchariſtia ſub altera tantum, nimirum ſub panis ſpecie.*

ET factum eſt, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. *Luc.* 24. 30

Hic eſt panis qui de cælo deſcendit. Non ſicut manducaverunt patres veſtri manna, & mortui ſunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. *Joan.* 6. 59. *Vide* v. 33. & 48. 50. 51. 52. 58

Erant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractione panis. *Actor.* 2. 42

Una autem Sabbati cum conveniſſemus ad frangendum panem. *Ibid.* 20. 7. c. 20. 7

Chriſtus reſurgens ex mortuis jam non moritur. *Rom.* 6. 9

Quicumque manducaverit panem hunc, NB. vel calicem biberit. 1. *Cor.* 11. 27

Omnis ſpiritus, qui ſolvit Jeſum, ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus, &c. 1. *Joan.* 4. 3.

*Euchariſtia data a Chriſto.*

ET factum eſt, dum recumberet cum eis (*Jeſus*), accepit panem, ac benedixit, fregit, & porrigebat illis. *Luc.* 24. 30

*Data ab Apoſtolis:*

ERant autem perſeverantes in doctrina Apoſtolorum & communicatione fractionis panis, & orationibus. *Actor.* 2. 42. c. 20. 7. & 1. Cor. 11. 17

*In Euchariſtia non remanet ſubſtantia panis poſt conſecrationem, ſed eſt verum corpus & ſanguis Chriſti, quod eſt Tranſubſtantiatio.*

CŒnantibus autem eis accepit Jeſus panem, & benedixit ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite & manducate, hoc eſt corpus meum. *Matth.* 26. 26. Marc. 14. 22. Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24

Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi: ſi quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. *Joan.* 6. 51. 1. Cor. 10. 16

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne comunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? 1. *Cor.* 10. 16

Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne: reus erit corporis & ſanguinis Domini --- NB. non dijudicans corpus Domini. *Ibid.* 11. 27

*Circumferendam eſſe in publicis proceſſionibus præfiguratur.*

VOcavit ergo Joſue filius Num ſacerdotes, & dixit ad eos: Tollite Arcam fœderis: & ſeptem alii ſacerdotes tollant ſeptem jubilæorum buccinas, & incedant ante Arcam Domini. Ad populum quoque ait: Ite, & circuite civitatem, armati præcedentes Arcam Domini. *Joſue* 6. 6

Cumque tuliſſent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, cuſtodiens Arcam Dei, Achio præ-



cedebat Arcam. David autem & omnis Iſrael ludebant coram Domino, in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris & tympanis, & ſiſtris, & cymbalis. 2. *Reg.* 6. 4 1. Reg. 7. 1

*Euchariſtia adoranda.*

REminiſcentur, & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ: & adorabunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ gentium. *Pſal.* 21. 28. Manducaverunt, & adoraverunt omnes pingues terræ: in conſpectu ejus cadent omnes, qui deſcendunt in terram. v. 30.

Exaltate Dominum Deum noſtrum: & adorate ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctum eſt. *Ibid.* 98. 5

Et dixit ei Jeſus: Et vidit eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait: Credo Domine. Et procidens adoravit eum. *Joan.* 9. 37

## TITULUS XV.

### *Exactio cenſus, & tributum debetur principibus.*

ET cum veniſſent Capharnaum, acceſſerunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei: Magiſter veſter non ſolvit didrachma? &c. *Matt.* 17. v. 23

Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari, an non? *Ibid.* 22. 12. *Idem* Luc. 20. 22

At illi attulerunt ei (*denarium*) Et ait illis: Cujus eſt imago hæc, & inſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris. Reſpondens autem Jeſus, dixit illis: Reddite igitur, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. *Marc.* 12. 16. Matth. 22. 21

Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. *Rom.* 13. 7

## TITULUS XVI.

### *Excommunicatio.*

*Excommunicatio a Chriſto inſtituta & præcepta.*

ET tibi dabo claves regni cælorum. Et quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. *Matt.* 16. 19

Si autem manus tua, vel pes tuus ſcandalizat te, abſcinde eum, & projice abs te: bonum tibi eſt ad vitam ingredi debilem, vel claudum, quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. *Ibid.* 18. 8. Amen dico vobis, quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. v. 18.

Et quiſquis ſcandalizaverit unum ex his puſillis credentibus in me: bonum eſt ei magis, ſi circumdaretur mola aſinaria collo ejus, & in mare mitteretur. *Marc.* 9. 41

Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt. *Joan.* 20. 22

*Excommunicatio uſitata ab Apoſtolis.*

EGo quidem abſens corpore, præſens autem ſpiritu, jam judicavi, ut præſens, cum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute Domini noſtri Jeſu, tradere hujuſmodi Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Jeſu Chriſti. 1. *Cor.* 5. 3

Denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate, & non ſecundum traditionem, quam acceperunt a nobis. 2. *Theſſ.* 3. 6. Quod ſi quis non obedit verbo noſtro per Epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, ut confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. v. 14.

Ex quibus eſt Hymenæus & Alexander: quos tradidi Satanæ, ut diſcant non blaſphemare. 1. *Tim.* 1. 20

Hæreticum hominem, poſt unam, & ſecundam correptionem devita: ſciens quia ſubverſus eſt, qui ejuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio judicio condemnatus. *Tit.* 3. 10

*Excommunicatio exercenda ad ædificationem Eccleſiæ, & ad correctionem ejus qui excommunicatur.*

QUod ſi quis non obedit verbo noſtro per Epiſtolam, hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, ut confundatur, & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite ut fratrem. 2. *Theſſ.* 3. v. 14. 1. Cor. 4. 1. Tim. 1. 20.

*Excommunicatio Phariſæorum.*

HÆc dixerunt parentes ejus, quoniam timebunt Judæos: jam enim conſpiraverunt Judæi, ut ſi quis eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra Synagogam fieret. *Joan.* 9. 22. Reſponderunt, & dixerunt ei. In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras. verſ. 34

Verumtamen, & ex principibus multi crediderunt in eum: ſed propter Phariſæos non confitebantur, ut e Synagoga non ejicerentur. *Ibid.* 12. 42

Abſque